



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

45. Indiculus regalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

de ipsas res se exitas ex omnibus esse dixit. Id sunt.

*Immunitas sanctorum.*

XLIV. Ille Rex Francorum vir illustrer. Quotienscunque petitiones sacerdotum aut ancillarum Dei ad effectum perducimus, regiam consuetudinem exeremus, & nobis ad mercedem vel ad stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Ideoque Dominis viris sanctis ac venerabilibus apostolicis in Christo patribus omnibus Episcopis, vel omnibus Abbatibus, seu illustribus atque magnificis viris Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, seu omnes vassos nostros, vel omnes Missos nostros discurrentes. Cognoscatis quod illustri Abbatissa illa de monasterio illo, in pago illo, in loco qui dicitur ille, in honore sancti illius constructo, una cum monichas vel Dei ancillas ad laudem Christi canendum sub religionis norma conversari videntur, clementia regni nostri suggestionem intulit eo quod gloriosus Dominus & genitor noster ille quondam Rex per sua preceptione sua manu roborata talem immunitatem ad ipsa casa Dei, sancto illo, vel seu monasterio illo, vel ipsa Abbatissa habuisset concessum atque indultum ut nullus Episcopus aut Archidiaconus loci illius nisi orationem aut predicationem lucranda gratia, ut nullus iudex publicus quislibet iudiciaria potestate accinctus in . . . vilis ipsius monasterij nullum debuisset habere introitum, nec causas audiendas, nec freda exigenda, nec fidei iussos tollendos, nec mansiones aut paratas requirendas, nec nullas retributiones exactandas, & quod fiscus noster exinde exigere poterit, nullatenus exactetur nec requiratur. Vnde & confirmationes anteriorum Regum parentumque nostrorum nobis in presente protulit relegendas, & petiit celsitudine nostra ut circa ipso monasterio nostra hoc deberet auctoritas generaliter confirmare. cui nos hunc beneficium grantante animo pro mercedis nostrae augmentum non solum confirmasse, sed etiam in novo sub immunitatis nomine concessisse. Denuo per hunc preceptum specialiis discernimus ordinando, atque omnino iubemus, quod in perpetuum absque ullis obstaculis & refectionibus volumus esse mansurum cognoscite, precipientes ut sicut constat in supradictis titulis scriptum esse ut illud monasterium maneat absque ullum introitum Episcopi aut Archidiacono-

ni, nisi orationem aut predicationem lucrando, ut nullus iudex publicus in curtes vel villas ipsius monasteriae nullum debeat habere introitum, nec causas audiendas, nec freda exigenda, nec fidei iussos tollendos, nec mansiones aut paratas requirendas, nec nullas retributiones exactandas, & quod fiscus noster exinde exigere poterit, nullatenus exactetur nec requiratur, nisi, ut diximus, pro mercedis nostrae augmentum, sicut ab antecessores Reges parentes nostros seu & Domino & glorioso genitore nostro illo quondam Rege moderno tempore fuit concessum atque indultum, ita per nostris oraculis plenius confirmamus, quod in perpetuum volumus esse mansurum. Et ut haec preceptio firmior habeatur & per tempora melius conservetur, manu nostra signaculis subter ea decrevimus roborare, & de anolo nostro subter segelavimus.

*Indiculum regale.*

XLV. Karolus gratia Dei Rex Francorum tam presentibus quam & futuris Dominis sanctis & apostolicis, ac venerabilibus in Christo patribus, Ducibus, Comitibus, Domesticis, Vicariis, Centenariis, vel omnes agentes nostros, & juniores ac successorisque nostros, vel omnes amicos nostros, seu & omnes Missos nostros discurrentes. Cognoscat magnitudo seu almitas vestra quod nos partibus nostris bene habemus compertum quod dominus taliter illius fidei nostro illo illa merito suo compellente concessimus, ubicunque infra regno Deo propitio nostro homines sui ad negotium exigendum advenerint, nullus quislibet de iudiciaria potestate vestra nec Missus noster nulla telonea, nec nullas venditas, nec rodaticus, nec foraticus, nec pontaticus, & sicut dixi, nullus quislibet teloneo nec venditas ejus in nullo exactare non presumatis, nisi, ut diximus, in quascunque portus civitatis seu mercada nullo contradicente suos vin. vel suos commercius quislibet negotium absque ullo contradicente potestatem habeat vendendi, quia nos taliter ei habemus concessum. In reliquo vero de parte nostra vel vestra ex nostra indulgentia visi fuimus concessisse atque indulgisse, seu & in omnibus confirmasse. Et ut haec preceptio nostra firmior appareatur & per tempora conservetur, manu nostra propria subter eam decrevimus adfirmare.

*Relatum quod dicitur apennis.*

XLVI. Mos nobilium Romanorum